



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno DCCCCX. ad annum MLXXIII.

**Parisiis, 1644**

Tituli Capitulorum Partis III.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15625**

paschæ solenni, cui interfuit Odo & Vvulstanus archiepiscopi, & alii plures episcopi, qui perquirentes de consilio animarum nostrarum, & eorum qui subditi sunt illis.

## C A P I T V L A.

## I.

Inprimis est vt sanctis ordinibus euecti, qui plebem Dei docere debent lumen vita, castitatem teneant secundum ordinem suum, sit *vverhades*, sit *vvifhades*, sit alterum, sit alioquin, sint eius digni quod in Canone dictum est, hoc est, vt perdant secularem pecuniam, & sanctificatum \* *le-*  
*gerflouva*, id est positionis locum, si non conuertantur & emendentur.

## II.

Decima præcipimus omni Christiano super Christianitatem suam dare, & emendent: *cyrisceatum*, id est ecclesiæ censum, & *elmesfeob*, id est eleemosynæ pecuniam. Si quis hoc dare noluerit, excommunicatus sit.

## III.

Si quis sceleratis manibus effundat sanguinem Christianum, non appareat in conspectu regis priusquam emendationem ineat, sicut episcopus docebit, & poenitentiam consulat.

## IV.

Qui cum nunna vel sanctimoniali fornicabitur, sanctificato atrio sit indignus, nisi emendet, sicut homicida, sic idem diximus de \* *ervice*, id est de adulterio vel infra*cto* coniugio.

## V.

Amplius dixi vt omnis episcopus reficiat Dei domus in suo proprio, & regem admoneat, vt omnes ecclesiæ Dei sint bene paratae, sicut magnum nobis opus est.

## VI.

Qui falsum iurabunt, & liblacum facient, sint in atermnum a Dei confortio segregati, nisi ad dignam satisfactiōnem per omnia reuertantur.

*Pars II. hic nihil confert.*

## TITVLI CAPITVLORVM PARTIS III.

I. *De homicidio.*

III. *De fihtevvita & manbota.*

II. *De affultu in itinere versus eccl-*

IV. *De fundentibus sanguinem hu-*

*siam vel burgum regis.*

*manum.*